



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 99. Galli atque Hispani pariter reformationem exposcunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Imperatoris capiti imposuerunt, hic vero Sæcul. XV.  
 Sedi Apostolicæ inviolabilem fidem jure A.C. 1418.  
 jurando promisit. Hac igitur solemnitate ejusdem coronatio Aquisgrani facta confirmata est. Ante illa tempora Imperatores nudum Regis Romanorum titulum præseferabant, donec Romæ coronati fuissent.

## §. XCVIII.

*Germanorum Libellus de reformatione.*

Opportune, importune instabant Nationes, ut Pontifex promissæ reformationis negotium aggredieretur; tanti enim momenti causam diutius protrahi ægre ferebant. Insuper Germani supplici libello petebant, ut octodecim articuli circa reformationem in quarta Sessione propositi quamprimum decernerentur; qua in re stylo admodum moderato usi sunt Germani.

## §. XCIX.

*Idem a Gallis & Hispanis petitum.*

Sua quoque studia in urgenda reformatione Germanis junxere Galli, ac Imperatorem adeuntes enixe rogarunt, ut Papam ad insigne hoc opus feliciter perficiendum induceret, verum repulsam tulerunt, dicente Cæsare, se quoque eos rogasse, ut electioni Pontificis præmitteretur

Sæcul. XV. retur Ecclesiæ reformatio, nunquam ta-  
 A.C. 1418. men eos acquiescere voluisse, jam ergo  
 creato Pontifice, ad urgendam hanc re-  
 formationem ipsimet illum accederent. Hispani, quorum nonnulli Petro de Luna secreto favebant, ceteris liberius loquebantur, contra simoniam scripta divulgantes, quinimo aperte Pontifici minas intentabant, ni abusus toleret.

## §. C.

*Reformationis schema Nationibus a  
 Papa propositum.*

*Vander  
 Hardt tom. 4  
 p. 1502.*

Martinus Nationum precibus acquiescens, sub finem Januarii super octodecim articulis, quos Germani repetitis curis decidi urgebant, reformationis normam edidit, eandemque Nationum Deputatis examinandam tradidit. Papa ea ferme omnia, quæ a Nationibus in hisce articulis postulabantur, concessisse videtur, si octavum duntaxat excipias, quem absque responso intactum reliquit: ad decimum tertium vero, de exactione Pontificis, asseruit: Nihil circa hoc punctum innovandum, quodidem plures Nationes censebant.

## §. CI.

*Delegati a duobus Benedicti Cardinalibus Constantiam missi.*

*Spond. ad.  
 an. 1418. n. 1.*

Ceterum Petrus de Luna, alias Benedictus